

occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula Cœlesti, habeasque vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. »

## ADDITIONES CASINENSES

(31. Quamvis Hæretici omnino repellant luminaria a sacris ritibus, tamen luminum usus in sacra liturgia comprobari potest non solum ex SS. Patribus, sed etiam ex sacro Textu in Veteri Testamento. In Exod., enim cap. xxv, vers. 3, legitur: « Facies et candelabrum ductile ex auro mundissimo; » et vers. 31: « Facies et lucernas septem, et pones eas super Candelabrum, ut luceant ex adverso, » et in eodem Exod., cap. xxvii, vers. 20 et 21: « Præcipe filiis Israel, ut offerant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in Tabernaculo testimonii. »

SS. Patres vero communissime lumina in primitiva Ecclesia fuisse adhibita confirmant. Sanctus Cyrillus Hierosolymit., orat. de Occursu Domini inquit: « Læti hodie lampades ornemus, tanquam filii lucis: ceras veræ lucis Christo offeramus, quoniam lumen ad revelationem gentium mundo apparuit, ideo lumina ex lumine supra nivem resplendeamus, supra lac dealbati, supra saphirum illuminati, supra immaculatas columbas in cœlo evolantes, ita in nubibus ad Dei occursum occurramus. »

Auctor Breviarii Chronolog., Tertull. meminit adversus Valentinianos, cap. 2 et 3, sub Telesphoro fuisse lumina adhibita ad Missam.

Et Sanctus Gregorius M. assignat fundum pro luminibus in Ecclesia Sancti Pauli lib. II Regist., epist. 9: « Utile judicavimus eandem massam, quæ ad Aquas Salvas nuncupatur cum omnibus fundis tam luminaribus deputatæ. » Et quamvis dici potest ad tenebras expellendas lampades fuisse collocatas in Ecclesia, cum nocte et in cryptis sacra peragebantur, tamen inficiari non potest etiam Religionis gratia id factitari solitum fuisse, uti videre quisque potest apud Baron., ad ann. 51, et Spondan., num. 20; cum etiam præsertim ordinem Ceroferariorum, seu Clericorum, quorum munus erat ferre accensos cereos institutum fuisset: et licet aliquando nocte, ut in vigiliis, tamen etiam clara luce id fieri consuevisse certissimum est; Cardinal. Baron., ad annum 58, uti Spondan., num. 25. Nam per omnes Orientis Ecclesias, quando legendum erat Evangelium, accendi luminaria solitum fuisse jam sole rutilante, quæ denotant gaudium spirituale in nobis ex verbo Dei, ac per illud tenebras infidelitatis et ignorantie fuisse expulsas, testatur Hieronymus contra Vigilant., cap. 3. Id autem in eisdem Orientis partibus fieri consuevisse ad Martyrum reliquias affirmat S. Epiphanius, in epist. ad Joannem Hierosolymitanum; ac S. Athanasius, in epist. ad omnes Orthodoxos, deplorat cereos a fidelibus oblatos, ab Arianis sublatis, et in eorum templis accensos fuisse. Ipse Hieronymus, advers. Vigilant., epist. 58, ad Ripar., eundem morem probat etiam invaluisse in Occidentali-

bus Ecclesiis non ad fugandas tenebras, sed in lætitiæ signum. Aliam addit rationem Isidor., lib. VII Originum, cap. 12, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem*. Præclare item Micrologus, cap. 11: « Juxta Ordinem Romanum nunquam Missam absque lumine celebramus, non utique ad depellendas tenebras, cum sit clara dies, sed potius in typum illius luminis cujus sacramenta ibi conficimus, sine quo et in meridie palpamus, sicut in nocte. » Canon vero 34 Concilii Illiberitani: « Cereos per diem placuit in cœmeteriis non incendi, inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt; » ideo intelligitur prohibere luminum usum ad Martyrum cœmeteria, ne lucentibus tot luminibus gentes redderentur certiores de illorum sepulcris, indeque Sanctorum corpora abducerent, et clericorum spiritus majori custodiæ periculo et sollicitudine angerentur, uti loquitur Card. de Aguirre, t. I Concil. Hisp., pag. 537 et seq. Nam Silvester constituit, ut clericis antequam diaconatus et presbyteratus ordine insignirentur sanctorum corporum custodia esset demandata. Consul. Baron., ad an. Christ. 34, n. 312; Suarez, in par. t. I, disp. 50, sect. 4; Severinus Binius, t. I; Item Gabriel Vasquez, in III part., disput. 1, 2, cap. 7, num. 25; Natalis Alexander, Sæc. 3. dissert. 21, art. 2, prop. 1, pag. 141.

Samuel Basnagius heterodoxus scriptor Annal., t. II, pag. 307, diuturnorum cereorum et lucernarum usum in Ecclesiæ ceremoniis fuisse inceptum anno Domini 337, affirmat, et Eusebii sententiam assert in Vita Constantini, lib. IV, cap. 66, sed falso innititur fundamento; nam ante Constantinum an. 258, S. Cyprianus lucentibus cereis sepultus fuit, ut in actis passionis ejus legitur. Et S. Hieronymus ad Eustochium scribens de S. Paula, epist. 27, hunc cerei lampadisque usum illis temporibus præfert. Ex Concilio etiam Carthaginensi IV, quod Cypriani et Cornelii ætate habitum fuit, an. Christi 253, cap. 6, patet. Melius autem Basnagio sensit Guilliel. Cave ejusdem sectæ cum in Dissert. 2, de Libris Ecclesiæ Græc., p. 186, col. 2, inquit, non opus esse se de luminaribus olim in Ecclesia accendi solitis agere, cum hoc præstiterint Baronius, Casalius, de Veterum Sacris Christianorum Ritibus, cap. 42; Durandus, de Rit. Eccles. Cath., lib. I, cap. 8; Ciampinus, de Sac. ædif. Constantini M., cap. 10, qui bina marmorea candelabra in Basilica S. Constantiæ exhibet tab. 29, fig. 3, ibidem.

(32. Jam diximus sub Telesphoro lumina fuisse ad Missam adhibita. Lumen hoc significat fidem populum, quos denotant candelabra, Innoc. III, lib. II, cap. 21, vel Christi charitatem in Sacrificio, ex Augustin. sermone 214, de Tempore, vel quia Christus rubiginem peccatorum consumit; Biel., lect. 13, vel demum æternam lætitiā, quam indicat Sacramentum Gemm. Anim., cap. 118. Aliam rationem addit S. Hieron., Epist. 20, scilicet, quia expectamus sponsum cum lumine. Tale

lumen requiritur ex gravi Ecclesiæ præcepto, ut fert communis sententia DD. quam refert Suarez, t. III, in III part., disp. 8, sect. § 3. Et sic se habet hoc præceptum ut sine ullo lumine non licere celebrare etiam ad communicandum infirmum morte imminente, putant Henriquez, lib. IX de Eucharist., cap. 26; Bellar., Facundez et alii apud Quart., part. I, tit. 20, dub. 11. Ita ut lethali culpa non sit immunis qui totam Missam, partemve illius notabilem quocunque casu sine lumine celebrat. Unicum lumen in necessitate sufficit, uti Azorius monet lib. X, cap. 28, qu. 5, qui vult sufficere etiam sebaceum ex sevo; negat tamen Suarez, disp. 81, section. 6, nam Sancti Patres de cera semper mentionem faciunt. Sic etiam D. Ligor. tenet. Quinimo adeo a divino Sacrificio sebacea Candela proseribitur, ut casu necessitatis oleum sevo sit præferendum: et S. Congregatio de Propaganda Fide in rescripto ad Vicarium Apostolicum regni Coreæ anno 1834 dato, tantummodo usum in Divino Sacrificio permisit ceræ ejusdem ex arbore fluentis. Nec item Cera *Stearina* loco ceræ apum suppleri valet, cum in Ecclesia Dei sint ritus quidam, pro quibus cera apum ita præscribitur, ut nulla alia materia sufficiat. Cera insuper apum multis mysticis locupletatur significationibus a SS. Patribus, quibus *Stearinam* carere facile quisque videt ex ipsamet ejusdem ceræ formatione. Et Ecclesia vigilantissima in antiquis suis ritibus ac disciplinis servandis, et in arcendo omnino novitatis desiderio, tolerare nequit hæc in re hujusmodi abusum. Quapropter S. Rituum Congregatio die 16 Septembris 1843, proposito dubio, postulanti bus reposuit: *Consulant Ruricas*.

(33. Candelæ benedictæ debent adhiberi ad usus pios, vel ad consequendos effectus, quibus est ordinata benedictio; nam res sacre, cum sint per benedictionem sanctificatæ, pie tractari debent. Itaque licite et laudabiliter accendi possunt, dum ad Deum preces fundimus, præsertim contra molestias dæmonum, et impetum fulminum ac procellarum; item coram Reliquiis, et imaginibus, ac demum super tumulos, et sepulcra defunctorum. Peccant vero omnes, quamvis tantum venialiter, secluso tamen contemptu, qui illis abutuntur, easque accendunt in conviviis, ludis, vel comædiis: vel ad alios usus profanos adhibent. Quarti de Procession. et Bened., tract. 11, tit. 2, dub. 1.

(34. Vetustissimus est cereorum usus in funeribus Christianorum. Eusebius enim in vita Constantini hæc habet: « Milites arripit cadaver aurea capsula includunt, et undique purpurea veste contextum Constantinopolim perducunt: ibi tum in omnium magnificentissimis Imperatoris ædibus celso, atque edito loco deponunt, luminibusque circumfusis aurea super candelabra accensis, admirabile spectaculum intuentibus præbebant, etc. » Vid. etiam Nazianzenum in orationibus funerum Cæsarii, Gorgoniæ, Basilii M. et Gregorii.

(35. In dedicatione Ecclesiæ, finita prima

oratione, ante januam Ecclesiæ illuminari debent duodecim Candelæ foris per circuitum Ecclesiæ, dum cantantur Litanie. Marten., De antiquis Ecclesiæ Ritibus, tom. II, pag. 250.

(36. Candela, et quidem cerea, est adhibenda in Sacramento Extremæ Unctionis, licet diu administretur. Et hoc non solum ad Sacramenti dignitatem, verum etiam ut Sacerdos bene discernat partes inunctas, quas abstergit. Ita in Synodo Salernitana anni 1579, tit. 32, cap. 6. Vid. Catalan. in Ritual. Rom. Notandum est tamen, lethale non esse deferre Sacrum Oleum, vel illud administrare absque lumine, uti tenent Barbosa, Escobius, aliique; imo volunt aliqui nullum esse peccatum: hæc autem sententia D. Ligorio non arridet.

(37. In Matutinis Tenebrarum ex Cæremionali Episcoporum, cap. 22, § 4, præparandum est « a latere Epistolæ candelabrum triangulare, accommodatum ad sustinendos quindecim Cereos ceræ communis, singulos ponderis unius libræ, vel circa; qui paulo ante adventum Episcopi accenduntur simul cum cereis Altaris, ex eadem cera communi. » Circa numerum Cereorum, qui in ipsis Matutinis accendi solent, ac postea singulatim extinguuntur, quilibet finitio quilibet Psalmo Matutini ac Laudum, non una fuit omnium Ecclesiarum et temporum disciplina. Romanus Ordo enim præscribit, ut eo tempore « Ecclesia omni lumine decoretur: » Aleuinus autem hæc habet: « Accenduntur in hac nocte lumina viginti quatuor, et extinguuntur per singulas Lectiones et Responsoria. » Eundem Cereorum numerum præscribit Ordinarium Rotomagense et Silvanectense; et Pontificale Ecclesiæ Pictaviensis lampades triginta ad nocturnum Officium accendendas statuit, per singulas Antiphonas, Lectiones, Responsoria, et versus extinguendas. Triginta quatuor habet Ordinarium Carnotense; et Laudunense jubet, ut « ad Matutinum ponantur ante Altare quindecim Cerei, et præter hos in dextera parte Presbyteri decem et octo, et in sinistra alii decem et octo. » Vid. Martene De antiqua Ecclesiæ disciplina. Addit quoque Durandus in Rationali, lib. VI, cap. 72, secundum quosdam non esse numerum certum, sed quemlibet laicum pro suo arbitrio Candelas apponere, quodque mysterio non carere fuse exponit. Notat quoque Græcolas in Breviar. Roman. cap. 55, quod supra Altare in quibusdam Ecclesiis non apponebantur candelabra, sed Cereos illos, seu lampades, fuisse, ait, luminaria suspensa, vel super elevatas trabes, quas *Hirpices* appellabant, quæque per totum Chorum extendebantur, vel supra magna candelabra, prope Altare defixa, quæ plures habebant ramos, in quibus Cerei, vel lampades, Officii nocturni tempore, accendebantur. Confer Catalan. in Cærem. Episcop. tom. II, loc. citato. Ritum Candelæ unicæ, quæ non extincta absconditur in fine Matutini Tenebrarum in cornu Epistolæ sub Altari, bene explicat Beithus in sua Divinorum Officiorum explicatione, cap. 101, ubi

etiam hanc ejus ritus mysticam explicationem tradit: « Una tamen, quæ in earum medio est collocata, non exstinguitur, sed absconditur, etc. Hic est Christus, qui licet videretur secundum Corpus exstinctus, secundum Divinitatem tamen vivebat, quæ illis erat occulta, etc. » Sunt etiam lectu digna, quæ in eundem ritum notavit Durandus, citato lib. VI sui Rationalis, cap. 72, num. 25 et sequenti, ubi varias hujus ritus explicationes exhibet.

(38. Cerei Paschalis Benedictio antiquissima est in Ecclesia, et Zozimus Papa circa annum Domini 416, ut in singulis Parochiis

## CANDELABRUM.

## SUMMARIUM.

1. Candelabrum septimum non adhibetur in Vesperis, neque in Missis Defunctorum, licet ab Episcopo celebrentur, sed solum in Missis solemnibus ab Episcopo celebrandis. — 2. Candelabrum septimum non debet poni super Altare, quando solemniter celebrat Episcopus Suffraganeus, sicut ponitur quando celebrat Episcopus Ordinarius. Ead. Sac. Congreg. Rituum in Bracha-

(1. Candelabrum septimum non adhibetur in Vesperis, neque in Missis defunctorum, licet ab Episcopo celebrentur, sed solum in Missis solemnibus ab Episcopo celebrandis. Sac. Congregat. Rituum in Placentina, 19 Maii 1607, dub. 8. (2. Candelabrum septimum non debet poni super Altare, quando solemniter celebrat Episcopus Suffraganeus, sicut ponitur quando celebrat Episcopus Ordinarius. Ead. Sac. Congreg. Rituum in Bracha-

## CANIS

## SUMMARIUM.

1. Canes venatici teneri, et alii non possunt ab Episcopis sub pœna Excommunicationis per tres menses: neque a Presbyteris sub pœna Excommunicationis per duos menses; neque a Diaconis sub pœna privationis ab omni officio. — 2. Quæ Suspensionis pœna etiam ad Subdiaconum extenditur. — 3. Minoristæ vero Clerici arbitrio Judicis plectendi traduntur. — 4. Canes in Ecclesia inferri non possunt. — 5. Canes neque masculi, neque feminae possunt retineri in Monasteriis Monialium.

(1. Canes venatici teneri, et alii non possunt ab Episcopis sub pœna Excommunicationis per tres menses; neque a Presbyteris sub pœna Excommunicationis per duos menses; neque a Diaconis sub pœna privationis ab omni Officio; cap. *Episcopum* 1 de Clerico venatore, ibi: « Episcopum, Presbyter-

(1) Excipiendi vero sunt Prælati, qui proprium ac separatam habent territorium, ac in Diœcesi sua Episcopalem exercent jurisdictionem. Respicit autem hic numerus septenarius Candelaborum ad cap. 1 Apocalypsis; ubi Joannes vidit septem Candelabra aurea, et in medio Candelaborum similem filio hominis vestitum potere, id est veste Pontificali, quasi accinctum ad sacrificandum. Innocentius III, lib. II, de Mysteriis Missæ, cap. 5, septem hisce Candelabris significari tradit, « ut ille per hoc advenisse monstretur, super quem requiescit Spiritus gratiæ septiformis secundum vaticinium Isaïæ prophete. » (EDIT. CASIN.)

(2) Caput istud quod incipit *Episcopum*, quod prostat lib. V Decretal. Gregorii IX, tit. 24, de Clerico Venatore, quodque affertur a nostro Auctore ad probandum, quod sibi proposuerat, desumptum est non a Concilio Aurelianensi, uti designat Epigraphe in fronte Capituli præfixa, uti observavit, atque animadvertit Antonius Augustinus, et post eum Gonzalez in Not. ad memoratum cap. 4 de Clerico Venat., sed in Conciliis Epaunensi et Aga-

accenderetur, statuit, Alcuinus de Div. Offic.; Amalarius Fortunatus, lib. I, v. 18, de Eccl. Offic.; Walafridus Strabo, cap. 30, de Rebus Eccl.; Micrologus, de Eccl. observ., cap. 53. Causa Benedictiois Cerei in vigilia Resurrectionis Domini exprimitur in Conc. Tolet. IV, can. 8: « Lucerna et cereus in vigilia sacre Resurrectionis propter gloriosum noctis ipsius Sacramentum solemniter benedicatur, ut sacre Resurrectionis Christi mysterium quod tempore hujus noctis votivæ advenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus. »

ter celebrat Episcopus suffraganeus; sicuti ponitur, quando celebrat Episcopus Ordinarius. — 3. Abbates, et Prælati Episcopo inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altare, in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum.

ren. 1 Septembr. 1607. (3. Abbates et Prælati Episcopo inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altare, in quo Sacra erunt facturi septimum nequaquam apponant Candelabrum (1); Sac. Rit. Congr. in Decreto Generali, § 1, *Circa usum Pontificalium prælatis Episcopo inferioribus concessorum*, edito coram Sanctissimo Domino Nostro Alexandro VII, die 27 Sept. 1659.

sionis pœna etiam ad Subdiaconum extenditur. — 3. Minoristæ vero Clerici arbitrio Judicis plectendi traduntur. — 4. Canes in Ecclesia inferri non possunt. — 5. Canes neque masculi, neque feminae possunt retineri in Monasteriis Monialium.

rum, aut Diaconum, Canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad venandum habere non licet. Quod si quis talium Personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus a communione, si Presbyter, duobus; si Diaconus ab omni Officio suspendatur (2), » (2. quam suspen-

thensi, ubi post priora verba adducta initio hujusce Capituli hunc in modum prosequitur: *Si Episcopus est, tribus mensibus se a communione suspendat, duobus Presbyter abstinere, uno Diaconus ab omni officio et communione cessabit.* Unde profecto lux affunditur laud. c. *Episcopum*, quod non recte Auctor noster exponit de Excommunicatione, hujusmodi enim Excommunicationes ad tempus vix occurrunt; sed rectius de suspensione erit intelligendum, quæ non infrequenter in jure solent esse temporales, quod et ipse Auctor noster alibi facit. Vide verb. *Clericus*, art. 6, n. 50. Hoc ipsum non obscure laud. cap. *Episcopum* per illa verba: *a communione, ab officio suspendatur.* Neque revera huic nostræ interpretationi obstat verbum illud *a Communione.* Hoc autem uti probe intelligatur, illud profecto sciendum, duplicem olim distingui communionem, *laicam* nimirum, et *Ecclesiasticam*, sive *Sacerdotalem* (etenim de *peregrina Communione* nihil dicam, ne videar hic lectorem longiori adnotatione detinuisse; verum, si lubet, adeatur eruditissimus Albaspinæus Observation. lib. 1, observat. 3). *Communio* itaque *laica*, uti

sionis pœnam etiam ad Subdiaconum extendit Glossa in cit. cap. *Episcopum*, verb. *Voluptas*. (3. Minoristas vero Clericos arbitrio Judicis plectendos tradit ibi Ancharanus, et Hostiensis in summa, num. 4, quia tenere et alere Canes pro venatione omnibus Clericis est prohibitum; cap. *Omnibus Servis Dei*, 2, de Clerico Venatore; Concil. Lateranense IV, cap. 15; Concil. Agathense, cap. 53, et Concil. Wormatiense, cap. 17. (4. Canes in Ecclesia inferri non possunt; Concil. Mediola-

## CANON MISSÆ.

## SUMMARIUM.

1. Canon Missæ quoniam sensu accipiatur. — 2-5. De auctore ejusdem. — 6. Apostoli antequam Canonem instituissent ad solam Orationem Dominicam consecrarunt, postea non solum Canonem, verum et preces, quibus hodie Ecclesia utitur, in Missæ sacrificio fundebant. — 7. Varia Canonis nomina. — 8. De Canonis auctore. — 9. Indicantur quæ perti-

(1. Canon Missæ pro mysticis precibus, quibus actio divina celebratur, accipitur. Canon est regula, ordo, formula, ac ritus solemnissimus, quo sanctissima hæc oblatio fieri debet. Idcirco enim sic concepta hæc regula fuit, ut ex nullius penderet primo arbitrio. (2. Circa Auctorem Canonis non consentiunt cum Catholicis hæretici. Sed quidquid sit, id omnino indubitatum est, quod Canon tum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus constet. (3. Primum a S. Petro Canonem institutum, et in sua Liturgia appositum fuisse probat cum aliis quam plurimis S. Isidorus, lib. 1, de Ecclesiast. Off. (4. Plu-

probat laud. Albaspinæus observat. 4 laud. lib. 1, dicebatur, non quia Clericus extra cancellos et septa Altaris Eucharisticam Communionem more laicorum perciperet, uti vulgo eruditi sentiebant, aut sub una tantummodo specie; sed ita dicebatur, quando Clericus criminis acerbitate e suo gradu expulsus, atque perpetuo dejectus, ex clerico fiebat laicus; aut in Ecclesia, et de Ecclesia erat in omnibus veluti laicus. Lege eruditissimum Episcopum loc. laud. Adeatur præterea Gonzalez in Notis, ad cap. Osius II, de Election. qui erudite rem istam juxta nostram sententiam illustrat.

*Communio* porro *Ecclesiastica* nihil aliud erat, quam jus ipsum, quod inerat cuique Clericorum rite initiato obeundi Ecclesiastica ministeria suo ordini congruentia; atque hæc varia, et multiplex erat pro diversitate graduum in Ecclesia; qui enim in Episcopum allectus esset, longe alia ratione hujusce Communionis erat particeps, quam qui sola Diaconatus, aut Presbyteratus dignitate pollebat. Atque inde etiam fiebat, ut varice ac diversæ essent hujusce Communionis *Ecclesiasticæ* privationes, sive suspensiones. Etenim nonnunquam evenire solebat, ut gradus sui honore non privaretur Episcopus, cui tamen ob aliquod crimen interdictum esset, gradus atque ordinis sui munia tantummodo exercere; uti verbi Divini administratio, penitentia concessio, et cetera hujusmodi Episcopatus partes et munera. Et sic deinceps de aliis inferioribus gradibus in ordine Clericali. Qua de re legendus erit laud. Albaspinæus laud. lib. 1, Observat. 1 et 2. Hujusmodi porro privationes, cum in perpetuum late essent ablato etiam gradus honore, erant pure putæque atque omnimodæ depositiones ab ordine Clericali; secus vero erant mere suspensiones, licet etiam hæc postremas pri-

nense I, part. II, tit. *de Ecclesiis et earum cultu*; Conc. Mexican, lib. V, § 28.

(5. Propter inconvenientia secuta ex parvis Caniculis, quæ voluptatis gratia tenebantur in Monasteriis Monialium, facta fuit circa id prohibitio generalis, ne amplius intus habeantur, neque masculi, neque feminae; Sac. Congreg. Episcop. et Regular. in Mutinensi 3 Februar. 1597, et in Justinopolitana 22 Septembris 1651.

nent ad Apostolicam traditionem, quæ ad Pontif. institutionem. — 10. Mentio Pontificis. — 11. Et Episcopi. — 12. An Abbates, et alii Ordinarii non Episcopi possint nominari. Quid dicendum de Abbate Montis Casini. — 15. De nominum recitatione. *Remissive*. — 14. An possit Sacerdos pro hæreticis, schismaticis, etc. orare. — 15. De cæteris orationibus in Canone. — 16. Nonnulla de elevationis ritu.

ra a Novatoribus addueuntur, ut demonstrent cum Polydoro Virgilio, lib. V, de Inventione rer. cap. 10 Canonem Missæ non a S. Petro et ab Apostolis institutum, sed a pluribus Pontificibus variis temporibus compositum et auctum fuisse. (5. Sed his facile respondetur, Pontifices quidem aliqua verba non de novo adjecisse, sed jam a scriptoribus omissa instaurasse et restituisse, ut docet Herrera, lib. I, de Cæremôn. Missæ cap. 3. (6. Contra eos, qui putant Apostolos ad Orationem tantum Dominicam celebrasse, asseri posset cum Lautmerer, lib. II, de Vet. Mon. cap. 81, ad solam Orationem Dominicam Apostolos consecrasse, sed videlicet ante-

vationes ad diversa depositionum genera referat ibid. Albaspinæus; sed rectius dixeris suspensiones. Insuper illud etiam adnotandum ex eodem eruditissimo Episcopo, scilicet cum in Sacris Canonibus a communione secludantur Clerici, quamvis nihil adjectum sit, quod communionis genus sit intelligendum, id *de Ecclesiastica Communione* esse accipiendum, quæ ab iisdem Ecclesiastica, nonnunquam etiam Sacerdotalis appellatur.

Hisce itaque adnotatis quam brevissime, cuique profecto patere arbitramur laud. cap. *Episcopum*, rectam interpretationem. Itaque si Episcopus, ut ibidem decernitur, sæpius in hac voluptate detentus fuerit, habendi scilicet Canes, aut accipitres ad venandum, tribus mensibus a communione sui gradus ac muneris propria h. e. ab Episcopalis muniis suspendi jubetur; duobus vero si tantummodo Presbyter. Quæ sane de Excommunicatione sive *majori*, ut vocant, sive etiam *minor* omnino intelligi non possunt, nec debent; illa enim cessatione communionis prohibitis tantummodo Clericis ab exercendis proprii ordinis functionibus, in reliquis a Fidelium cæterorum communione non removebantur, neque a passiva participatione Sacramentorum illi arcebantur, quod fiebat per excommunicationes. Atque hæc luculentius etiam patebunt, si animum quis intenderit ad verbum illud, quod postremo loco adhibetur in laud. cap. cum loquitur de Diacono: *ab omni officio suspendatur*, quod verbum, cum etiam ad antecedentia sit referendum, de excommunicatione accipi non poterit. At de notione vocis *Communio*, prout in Sacris Canonibus antiquitus accipiebatur, agemus iterum opportunius in Nota ad verb. *Communio*. (EDIT. NEAPOL.)